

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiæ, 1766**

De Doli Et Culpæ Præstatione Civili.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

*d. l. §. 8. & 9. & 10.* (2) Quando negotium solius accipientis, i. e. ejus causa, factum est, qui in re aliena damnum dedit, adeoque ubi dans merum officium præstitit, ut in casibus *l. 17. §. 3. commod. l. 108. §. 12. l. 36. §. f. leg. 1. Dn. Coccej. d. l. §. 11.* Tunc enim accipiens beneficium summam diligentiam adhibere debet.

Prætor quoque (3) rigorem illum in quibusdam negotiis mitigat; quoties enim ipse jus, quod lege civili neglectum est, introduxit, solum in eo dolum, non culpam, comprehendit; cum enim lege civili nihil de eo negotio cautum fuerit, sufficere putavit si dolum saltem cõceret. *L. 1. §. 1. si mens. fals. mod. Dn. Coccej. d. l. §. 25.*

Aliquando vero (4) nec opus est beneficio imbecillitatis, uti si mera est dantis utilitas, & accipiens officium præstet, *l. 61. §. 5. furt. vel dominus alii rem certam emendam mandet, quod prudentiam non requirit, l. 8. §. f. l. 10. pr. Mand. Dn. Coccej. d. l. §. 12.* tunc enim sufficit minimam diligentiam adhiberi. *d. 1.*

NOTA. Atque in his negotiis exceptis non intelligitur regulariter culpa levis, & diligentia media, sed voce culpæ ibi simpliciter posita intelligitur gradus ex natura negotii definitus. Vid. *Dn. Coccej. de Culp. D. 1. prop. 12. & 13. item Disp. 2. §. 12. & Collat. contra Struv. Coll. 2. §. 13. Conf. supra Qu. 8. obj. 2. & infr. q. 12.*

## DE

## DOLI ET CULPÆ PRÆSTATIONE CIVILI.

**H**is ita præmissis facilis erit tractatio de culpæ, alias inextricabilis visa: quam nervose & perspicue *B. Pareus in Hyp. Inst. tit. de Obligat. §. 9. & seq.* ita exhibet:

Ex contractu vel quasi duplex præstatio est: (1) rei ex eo debitæ. (2) doli & culpæ. *DOLUS* est omnis machinatio ad lædendum alterum adhibita, *l. 2. §. 2. Vi bon. rapt. CULPA*, factum lege improbatum, præter dolum. *l. 5. §. 1. l. 8. §. 1. ad L. Aq.*

*CULPA* alia *versutiae* vulgo dicitur, *Rec. Imp. 1594. §. diereuil 69.* Alia *negligentiae*: Illa cum quis id agit, quo scit alium lædi, vel lædi posse, non tamen lædendi animo: *l. 7. pr. l. 32. Dep.* eaque semper pro lata culpa habetur. *d. R. I. §. 69.*

Culpa





*Culpa negligentiae* est casus non provifus, qui provideri debuit diligentia. *l. 5. §. f. l. 6. l. 8. §. 1. Ad L. Aq.* Hujus culpa sunt tres gradus: (& totidem diligentiae) *lata*, quae est omiffio *minimae* diligentiae. *l. 213. §. f. l. 223. V. S. levis*, quae *mediae*, *l. 18. pr. commod. leviffima*, quae *maximae*, §. 2. *Quib. mod. re contr.*

*Culpa*, vel *diligentia* simpliciter pofita, intelligitur *media*. *l. 3. §. 1. l. 6. Jur. ign.*

Exc. *Negotia*, in quibus certus culpae gradus lege definitus est, *l. 13. §. f. l. 14. Pign. act. l. 23. R. I.* Ita natura fua intelligitur, & praestatur, culpa *leviffima*, in negotiis ultro fufceptis, *l. 21. C. Mandat.* & ubi utilitas est folius accipientis: *l. 5. §. 2. commod. lata*, ubi folius dantis, *d. l. 5. §. 2.* & in precario: *l. 8. §. 3. Prec. levis*, ubi utriusque *d. l. 5. §. 2.* & in tutela. *l. 1. pr. Tut. Et rat.*

*Lata culpa* regulariter praestatur, & dolo comparatur. *l. 226. V. S.*

Exc. (1) Si delicti natura malitiam requirat. *l. 7. Sicar. l. 37. Ufuc.*  
(2) In re communi *lata culpa* levi comparatur, non dolo. *l. 23. R. I. §. fin. Societ.*

*CASUM*, nifi in culpam cadat, nemo praestat; qui vero recipit, etiam infolitum recipit, etfi de eo non cogitaverit: alias res perit domino *l. 9. C. Pign. act. d. l. 23.* & creditori *l. 97. §. 3. V. O.*

His principiis ita pofitis facile detegi poterunt errores communis fententiae, quos in fequentibus notabimus.

Qv. XI. *An culpa dolo comparetur tantum in contractibus, Et in quibusdam delictis?*

Ita putat *Lauterb. p. 225.* fed refellitur haec doctrina a *B. Parente in Laut. pag. Collatione Juridica contra Struv. pag. 62. §. 3. Et 4.* His verbis: *225. verb. Nam, ait, regula generaliffime traditur in l. 226. V. S. Magna ne- in contra- glientia culpa est, MAGNA CULPA DOLUS, fed & in o- ctibus, Et quibus- dam.* omnibus caeteris locis generaliter haec regula effertur. Nec quicquam ipsius generalitati detrahit, quod referatur faepius in materiis contractuum, inde enim non restringitur ad contractus, quia ratio generalior est ipfa materia cui applicatur. Sed nec refertur haec regula tantum generaliter in contractibus, *l. 1. §. 5. O. A. l. 1. C. dep. l. 32. ff. eod. l. 2. §. 5. Haer. vend. Et c.* fed & in delictis, *l. 1. §. 2. junct. §. ult. Si is, qui test. lib.* item in interdictis, *l. 8. §. 3. Precar. solutionibus, l. 29. pr. Mand.* & aliis negotiis, quae reftitutione damni dolum puniunt. *l. 1. §. 1. ff. mens. fak. mod. Et c. Conf. Coll. 2. §. 21. Et disp. 3. De Culp. §. 7. Et 13.*





§ 13. Huic ergo generalitati tamdiu insistendum erit, donec appareant exceptiones. *l. 1. §. 1. leg. præst. l. 12. §. 1. q. §. quibus.*

Tales jam exceptiones inveniuntur (1) in lege Cornelia de sicariis, *l. 7. Sicar.* & cum nulla ibi sit ratio specialis, sed ratio malitiæ, quæ in criminibus spectatur, cæteris sit communis, recte ad cætera quoque crimina ex similitudine rationis extenditur, (2) in delictis privatis, in quibus malitia seu animus delinquendi punitur, uti furtum, §. 7. *obl. q. ex delict.* injuria, *l. 31. §. 1. Injur. Vis, l. 2. §. 4. Vi bon. rapt. etc.* cum enim hæc sit pœna malitiæ, utpote quæ jure Civili regulariter tantum punitur, *Coll. 2. §. 14. §. 17.* in latam culpam pœna illa non competit. Secus igitur in delictis, in quibus agitur ad damni restitutionem, quæ omnino facienda est, etsi non per malitiam sed negligentiam aut imperitiam damnum sit datum, ne alterius desidia alteri damnosa sit: Unde etsi sub ista restitutione damni aliquid pœnæ quoque contineatur, hoc tamen sequitur naturam principalis. *l. 1. §. 2. ff. is qui test. arg. c. 42. R. I. in 6.* Esse tamen delicta, quæ sua natura malitiam continent, nec culpam latam admittant, diximus *Coll. 2.*

Qv. XII. *An voce culpæ simpliciter posita regulariter intelligatur media?*

*Laut. pag. 226. verb. Quæ in jure regulariter etc.* **A**FFIRM. *l. 6. §. ign. l. 9. §. 6. Eod.* omnesque textus a *Lauterbach. p. 226.* allegati id confirmant, rationem exposui *supra q. 10.*

**E**x c. Nisi culpa simpliciter ponatur in materia, ubi certus culpæ gradus est definitus, tunc enim intelligitur gradus in illo negotio definitus: atque hinc si in materia mandati, commodati, &c. occurrat vox culpæ, ea intelligitur levissima, ut & in omnibus negotiis ultro susceptis: Si vero culpæ mentio fit in materia precarii, lata; in materia vero tutelæ, &c. levis intelligitur. *Conf. l. 13. §. f. l. 14. pign. act. l. 23. R. §. Conf. B. Par. in Hyp. Inst. de obl. §. 12.*

Qv. XIII. *Quid sit culpa in abstracto, quid in concreto?*

*Laut. pag. 226. verb. Haec culpa interdum in concreto etc.* **R**ESP. Culpa in *concreto* est, quæ æstimatur ex diligentia ipsius agentis, in *abstracto* quæ ex diligentia hominum communi. *L. 32. ff. de pos. Illa habetur effectu pro lata culpa: d. l. 32. & est species culpæ*





culpræ verfutia; quia agens scit alium inde lædi posse. *arg. l. 7. §. 2. adm. tut.* Hæc culpa in concreto præstatur in societate, & rerum communione, indeque socius tenetur, quoties non adhibet eam diligentiam, quam in suis rebus adhibet, sive illa sit maxima, sive media, sive minima, neque ergo hic distinguuntur gradus culpræ: dissentit *Laut. p. 226. ibique Dd. & licet c. 2. X. de pos.* nimis crudum esse dicant, tamen præsumtio est pro jure.

Qv. XIV. *An maritus in rebus dotalibus eandem diligentiam in concreto teneatur adhibere?*

NEGATUR: Sed sufficit talem adhibere, qualem uxor in suis adhibere solet, *l. 24. §. 5. sol. matr.* quia uxor non debet esse severior in maritum, quam in se ipsam. *Laut. pag. 226. verb. si tamen maritus &c.*

Qv. XV. *An diligentiae vocabulo absolute posito, intelligatur summa?*

NEG. Sed media, *l. 3. l. 6. Jur. ign. l. 13. §. 2. 3. V. O.* EXCIPE Si ex natura negotii alius gradus diligentiae est definitus, uti in textibus auctoris, imprimis *l. 5. §. 2. in f. & §. f. commod.* Vide *supra q. 12.* *Laut. pag. 226. verb. Haec vocabulo diligentiae &c.*

Qv. XVI. *An vox custodiae denotet diligentiam exactissimam?*

NEGATUR: Nam custodia & diligentia specie tantum, non gradu differunt: Diligentia enim adhibetur in omnibus negotiis generatis, custodia vero tantum in iis rebus, quæ quis tenet, etiam non gerat: Hinc in quibusdam contractibus concurrunt custodia, ut in venditione, credito pignoratitio, commodato, &c. quia venditor, creditor, &c. rem tenent; In quibusdam vero nulla est custodia ex natura negotii; verbi gratia in negotiorum gestione, mandato &c. nisi in specie quoque ea pacto promissa sit. *l. 5. §. f. h.* *Laut. pag. 227. verb. Custodia enim nihil est &c.*

Atque hinc custodia quoque tres gradus habet. Sed tantum in rebus quæ possidentur. *d. l. 5.* Unde custodiae voce simpliciter posita, intelligitur mediocris, nisi ex natura negotii certus gradus sit definitus: Atque hinc in commodato ea denotat summam, in locatione mediam custodiam, &c.

Cocc. J. C. P. I.

Xxxx

Obj.





OBJ. Cur vero præter diligentiam in quibusdam legibus additur custodia?

RESP. Quia quædam negotia sunt, ubi etiam custodia requiritur: & sic clara est *d. l. 5.*

Qv. XVII. *An superlativus semper significet extremum gradum?*

*Laut. pag. 227. verb. Neque superlativus semper significat &c.* AFFIRM. Nam in negotio, quod per gradus distinguitur, & ubi tanti interest ratione graduum, vocum proprietates observari debet: Neque textus pro sententia auctoris militat, sed tota res ex præcedentibus clara est.

Qv. XVIII. *Quid in unoquoque contractu præstandum sit?*

*Laut. pag. 228. verb. Quid in unoquoque contractu &c.*

RESP. Hoc jam demonstratum est *sup. q. 10.*

*Laut. pag. 228. verb. Quid in unoquoque contractu &c.*

Qv. XIX. *An commodatarius, qui pacto forte recepit casus, teneatur ad insolitos?*

AFFIRM. Nam (1) omnis casus est insolitus, adeoque generalitati hujus vocis tandiu insulitur, donec probetur exceptio, *l. 8. ff. publ. in rem. l. 1. §. 1. Legat. præst.* (2) Propter *L. 78. §. f. Contr. Emt.* ubi venditor, qui casum recepit, etiam tenetur de damno, quod contra consuetudinem tempestatis datur: Idque (3) in praxi ita obtinet: Uti præjudicium est apud *Carpz. p. 2. c. 26. def. 8. Conf. Fabr. C. L. 4. t. 41. def. 2. & late Dd. apud Laut. p. 223. in pr. & p. 229. in f. Treutl. V. 1. D. 29. th. 6. lit. b.* aliud præjudicium exhibet *Carpz. p. 2. conf. 37. def. 17.*

DISSENTIT *Gail. L. 2. O. 42. n. 18.* ubi ait, non intelligi de iis cogitatum, indeque nec juramentum ad fortuita extendi, *n. 19. & 20.* Nisi etiam insolitis renunciatum sit, *ibid. Conf. Id. L. 2. O. 52. n. 27.* Alii ad insolitos quoque commodatarium teneri dicunt, sed excipiunt insolitissimos, qui forte mille annis semel contingunt: *Carpz. d. def. 8. in f. & d. def. 17. Dd. apud Lauterb. 223.* Sed utraque sententia repugnat & generalitati vocis, & legibus: Ego contrahentibus in hoc dubio consultum velim, ut inferant contractui, commodatarium casus etiam insolitos & insolitissimos præstare debere: Cæterum circa præstationem casus fortuiti consuetudo cujusque provincie rite observanda est.

Qv. XX.





Qv. XX. Quenam commodatario competat actio, si ipsi res surrepta sit?

RESP. Domini electio est, furem, an commodatarium convenire velit; hic fure electo liberatur, ipse vero electus regressum adversus furem habet: Nec domino licet uno electo variare, nisi surreptum nesciat, & nondum satisfactum ei sit. §. 16. *Inst. de Obl. quae ex del. Hyp. Inst. ibid. §. 8.*

OBJ. Quod regula generalis sit, penes quem est custodia, penes eum quoque esse commodum custodiæ; commodum autem est, dum contra furem agitur actione in quadruplum.

RESP. Singulare esse in commodato, ubi domino electio competit, quia liberalitas domini nullo modo ipsi debet esse damnosa. Vid. *Hyp. Inst. dist. tit. §. 8. Harpr. §. 2. Inst. Quib. mod. re & n. 57. & seq.*

Tota hæc quæstio & lis hodie cessat, quia actiones in quadruplum sublatae sunt: *d. Hyp. §. 9. ibique late Dd.*

Qv. XXI. An, si res aestimata taxationis gratia commodatario tradatur, hic casum præstet?

Recte hoc NEGAT *Lauterb. p. 230.* Quia commodatarius per hanc aestimationem non fit dominus, uti fit si venditionis gratia aestimatur; de quo est *l. 10. C. de jur. dot.* & reliqui textus auctoris: Nam hoc casu ideo videtur adhiberi aestimatio, ut de valore & pretio rei eo facilius constare possit, si forsitan culpa conductoris perierit; Atque ita quoque rem decidit *Carpz. p. 2. c. 37. def. 16.* ubi præjudicia allegat.

*Laut. pag. 230. verb. Nisi ubi alias &c.*

EXCIPIUNT vero Dd. negotia, in quibus levissima culpa præstatur, tunc enim dicunt hanc aestimationem unum gradum addere. *Laut. pag. 230. pr.* Atque hinc si commodatario res aestimata taxationis causa tradatur, putant casum ab eo præstari, quia jam ex natura actionis ad levissimam culpam tenetur; aestimationem vero, quæ simul custodiam transfert, aliquid operari debere; idque probant ex *l. 52. §. 3. ff. pro socio. l. 5. §. 3. ff. commod.* eamque communem sententiam ait *Lauterbach. d. l.* Sed omnia hæc gratis dicuntur: Nam (1) jam *supra q. 16.* dictum est, custodiam non differre a diligentia gradu, sed specie. Atque hinc (2) quoties in illis negotiis, ubi ex natura negotii præstatur culpa levissima, ultro custodia

XXXX 2

stodia





stodia recipitur, culpa levissima tam ratione gestionis quam ratione custodiae praestatur: Neque aliud (3) in *d. l. 52.* dicitur, quam quod tacite custodiam recepisse videatur, scilicet ad eum effectum, ut culpam levissimam praestet, non casum: *Dicta l. 5. §. 3.* vero plane huc non pertinet, sed loquitur de aestimatione venditionis gratia facta: verb. *aestimationem se praestaturum recepit.* Et quo modo, verbi gratia, commodatarius, ideo quia custodiam habet, casum fortuitum praestare teneretur, cum casus sit qui provideri nequit, at eo casu ille, qui custodiam habet, non tenetur: *L. 41. ff. Locat.*

## LIB. XIII. TIT. VII.

DE

## PIGNORATITIA ACTIONE.

Qv. I. *Quale debitum requiratur ad constituendum pignus?*

*Dissent. Laut. pag. 230. verb. Civilis vel naturalis Et.* RESP. Omni debito accedere potest pignus, modo sit naturale, nam effectus naturalis debiti est, ut accessiones valeant. Vid. *quaest. ad tit. de Pignor. Conf. sup. tit. de Pact. q. 39.* Quid vero sit naturale debitum, explicatum est *dict. tit. de Pact. q. 39.*

OBJ. *l. 13. Quib. mod. pign.* ubi pignus solvitur, si quis injuria iudicis absolvitur a debito: Cum tamen certum sit, hoc casu manere naturale debitum. *L. 60. pr. Cond. ind. l. 8. pr. rem rat. hab.*

RESP. Falsum esse injuria iudicis absolutum natura debitorem manere, prout demonstravi *supr. tit. de cond. ind. q. 11.* ubi & mentem *d. l. 60. Et d. l. 8.* explicavi.

Qv. II. *An debito mere civili pignus accedere possit?*

NEG. Quia debitum mere civile pro indebito habetur; Vid. *supr. tit. de Cond. indeb. q. 6.* indeque nec pignus ei accedere potest. *L. 5. pr. l. 14. §. 1. pignor.* Probatum hoc evidenter ex *l. 3. Quib. mod. pign. solv.* ubi, si juratum est non deberi, pignus liberatur, etsi civilis obligatio maneat; quia haec perpetua exceptione jurisjurandi eliditur. Conf. *L. 44. de Cond. ind. l. 11. Eod.*

OBJ.

